

Il lessico usato è relativo al capitolo XVI; si dà, però, per conosciuto l'uso dei tempi presente, imperfetto e futuro.

Iesus¹ et sui discipuli in mare merguntur (Mc, 4, 33-41)



Paulo post, illo ipso die, dum prope oram maritimam ambulat, Iesus dicebat suis discipulis: «Venite mecum: ad aliam oram proficisci volo. Conscendite illam navem; vos sequar brevi tempore». Ergo, relinquens alios homines et feminas, qui stabant apud Eum et laetabantur quod Is saepe narrabat fabulas de vita sine fine post mortem, Iesus discipulos sequebatur. Ille primum petit puppim, ubi considit; eo loco, deinde, cubat quietus, vento tenui et mari tranquillo. Sed subito magnae nubes ab Occidente adveniunt, caelum atrum fit et magni venti flare incipiunt; fluctus navem aqua implent. Dum Is in puppi dormit, discipuli, perterriti, excitant Eum et clamant, plorantes: «Magister, nonne nos amas? Cur adhuc sine timore dormis, mari

¹ *Iesus* = Gesù.

turbato? Nonne vides tempestatem esse et in mare nos mergi?». Ergo, amicorum verba audiens, Iesus: «Cur veremini?» inquit «Semper sum vobiscum et omnes a rebus adversis defendam». Itaque, eos consolans, iubet ventum desinere et simul imperat mari: «Tace, rursus quietum es!». Ventus igitur finem facit et eorum navis gubernari potest. Tum Iesus suos amicos interrogat: «Quid timebatis? Num vobis erat salutis spes²?». Discipuli, qui spectabant Illum, procul ab Eo loquebantur: «Quis est hic homo, magister noster? Quod Is nobis dicebat, verum est: Ille est Dei Filius! Venti et mare, enim, Ei oboediunt et Eius imperiis rerum natura paret: Ei licet omnia facere».

(Delia)

² *Spes*, -ei, f. = speranza.